

# PROF. JOHANN EICHEL EDLER VON RAUTENKRON

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1621 in Gellershausen/ Heldburg bei Hildburghausen
Gestorben	1688 in Braunschweig
Kurzvita	Phil. Prof. d. Ethik (ab 1651–1655); Jur. o. Prof. in Helmstedt (1655–1688);
Ehefrauen	Anna Sophia Eichel Edler von Rautenkron geborene Hahn (12.03.1634– 28.05.1698), Heirat 1655
Quelle	Ahrens 2004, S. 66 f.
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/121936953">https://d-nb.info/gnd/121936953</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-57-eichel%20edler%20von%20rautenkron">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-57-eichel%20edler%20von%20rautenkron</a>

## Lehrstühle

1651–1655 Lehrstuhl für Ethik, Helmstedt

1655–1688 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Vorlesungen (119)

Ioannes Eichel Mor. Prof. Aristotelis de moribus libros ad Nicomachum scriptos auspicabitur, eorumque usum in superioribus, ut loquuntur, Facultatibus, monstrabit., Sommersemester 1652

[...] privatim exercitia philosophica instituet, quae viderit e re esse Iuventutis Academiae., Wintersemester 1652/1653

Ioannes Eichel Mor. P. P. in expositione Lib. X. Aristoteles Nicom. perget, & [...], Wintersemester 1652/1653

[...] Disputabit publice contra Petrum Gassendum Diniensem Canonicum; & de varijs. [...], Sommersemester 1654

[...] Lectiones publicas juridicas propediem etiam inchoabit materiam Romanis juris electurus, quam Iuventuti proficuam esse intelliget., Sommersemester 1654

[...] domi ea evolvere & cum fructu legere queant. Qua opera absoluta, fundamenta Stoicae philosophiae explicabit, ea cum Peripateticorum dogmatibus collaturus. Privatim Politicam Aristotelis docet; paulo post collegium Ethicum etiam aperturus. [...], Sommersemester 1654

Ioannes Eichel Mor. P. quandam seu modum legendi scripta Aristotelica practica publice tradet & summam totius civilis sapientiae breviter enarrabit, quo illi studiosi, quibus diu in Academij commorari non licet, [...], Sommersemester 1654

Eosdemque eo ordine, ut jam coepit publicis disputationibus subijciat. Alteram partem Disputationum de Republ. mixta: Item de Iure naturali parentum in liberos; Et perculiares, de Iustitia, Heroibus, eorumque Virtute propediem dabit: Idem facturus in reliquis materijs Ethicis., Sommersemester 1655

[...] Libros IIX Politicorum Aristotelis, quos privatim praelegit, ad finem perducet. [...] Privatim quoque moralem Philosophiam praeleget., Sommersemester 1655

Ioannes Eichel In Moralibus coeptam Philosophiam Stoicam publice continuabit. [...],  
Sommersemester 1655

[...] In Institutionibus quas privatim praelegit, perget., Sommersemester 1655

Joannes Eichel Novellarum Justin. & Moralium P.P.absolutis illis, quae in Tit. ff. de Reg. Juris reliqua  
sunt, Novellas publice interpretabitur & aliquot ad Easdem habebit disputationes publicas. [...],  
Sommersemester 1655

Ioannes Eichel D. Publice selectiores Novellas interpretabitur: in inchoato disputatorio exercitio ad  
Instituta, quod ad VIIImam disputationem deduxit, perget; ut & in Pandectarum Collegio lectorio, in  
quo ipsum textum legum interpretatur, & quantum fieri potest, ex civilis philosophiae fundamentis  
deducit: pervenit ad librum VIIImum. De Praesumptionibus, de Syndicis, de Probationibus, de Iure  
Gabellarum & alijs materijs Civilis Iuris publice disputabit., Sommersemester 1656

Ioannes Eichel in interpretatione librorum Nicomachicorum perget, &, expositis fundamentis  
Aristotelicis de vero fine hominis civilis, medijsque eundem consequendi varias Veterum sapientum,  
Ebraeorum, Graecorum, & Romanorum sententias de eodem illo fine & per consequens de veris  
omnis honestatis, legumque adeo etiam civilium fontibus, sententias conferet, easque publice  
examinabit. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1656

[...] Disputationes varij generis edet: [...], Sommersemester 1656

[...] & privatim quoque petentibus exercitum sive lectorium, sive disputatorium non deerit.,  
Sommersemester 1656

Joannes Eichel in expositione librorum Nicomachicorum Aristotelis perget, quos hoc futuro semestri  
ad finem perducet. [...], Wintersemester 1656/1657

[...] Selectiores libb. Digestorum publicis disputationibus subjiciet, & de variis materijs Juris publice  
disputabit., Wintersemester 1656/1657

Joannes Eichel D. in expositione Novellarum perget, & selectiores quasvis publice explicabit. [...],  
Wintersemester 1656/1657

[...] Pandectas & Institutiones privatim ad finem perducet. [...], Wintersemester 1656/1657

[...] Eosdem libros publicis disputationibus subjiciet; nec alijs, sive exercitationes privatas, sive  
publicas petentibus deerit., Wintersemester 1656/1657

[...] cujus libros ordine, ut coepit, disputationibus publicis subjiciet. Disputabit quoque de alijs  
materijs civilibus., Sommersemester 1657

Joannes Eichel in opere Nicomachico, quod publice interpretabitur, perget, idque, si Deus voluerit,  
hoc semestri ad finem perducet: [...], Sommersemester 1657

[...] Libros Pandectarum ordine disputationibus publicis subjiciet, nec non alias materias varias, uti  
sese Respondentes offerent. [...], Sommersemester 1657

Joannes Eichel D. ex decreto Semporum Principum Pandectas publice interpretabitur; antequam vero  
ad earum explicationem progredietur, introductionem quandam in universum Jus praemittet, quo  
tyrones librorum Juris imperiti, tam in Jure Civili, quam Canonico singulas materias prompte &  
expedite invenire & evolvere queant: ductum Dn. sui Soceri sequunturus. [...], Sommersemester  
1657

Johannes Eichel D. Pandectas ea methodo, qua coepit, publice interpretari perget, & quonia operis  
amplitudo pariter & difficultas non exiguum exposcit laborem, in gratiam auditorum dies Sabbathi  
& Mercurij addit, quo id eo citius ad finem perducere liceat. [...] Docet hora septima matutina.,  
Sommersemester 1658

[...] Domi suae varia instituet exercitia, tum disputatoria, tum lectoria, qua juventuti conducere

arbitrabitur., Sommersemester 1658

Joannes Eichel ea, quae in Nicomachici operis libro IX & X reliqua sunt, absolvet., Sommersemester 1658

[...] Disputationes publicas, quibus Pandectarum libros subjicere caepit, continuabit, & alijs selectis materijs disputabit, nec non domi suae collegium aperiet., Sommersemester 1659

Joannes Eichel D. Pandect. in expositione publica Pandectarum perget, & quoniam in vasto opere, paucis horis, parum proficitur, imposterum quoque, ut hactenus fecit, singulis etiam Sabbathi & Mercurij diebus, alias a publicis lectionibus vacantibus, si ullo modo fieri potest, binas horas impendet, ut grande opus, quoad ad librum XVI. jam perduxit, in gratiam assiduorum suorum auditorum eo citius absolvere queat. [...] Docet publice hora septima matutina., Sommersemester 1659

[...] Quod ut eo citius fieri queat, posteriorem partem domi suae explicabit, mediam illam, quae reliqua est, publice interim interpretaturus. Libros etiam ejusdem Codicis Publicis disquisitionibus ordine subjiciet., Wintersemester 1659/1660

Ioannes Eichelivs D. in Pandectis, eo modo, quo coepit, perget, & dabit operam, ut eas brevi ad finem perducatur. [...] Docet hora septima matutina., Wintersemester 1659/1660

Ioannes Eichel D. in exercitio domi suae horis matutinis ante septimam instituto, cum id alijs horis diei per continuas interpellationes ob Magistratum, quem jam gerit, Academicum facere non liceat, perget, [...] Docet hora septima., Sommersemester 1660

[...] & de alienationibus publice disputabit, nec non libros etiam Digestorum publico examini subjiciet; & quantum quidem negotia Academici Magistratus permiserint, in expositione Digestorum progredietur: [...] Docet hora septima matutina., Sommersemester 1660

[...] si vero illo abierit, non tantum illam sedulo continuabit, sed praeterea etiam alia exercitia instituet. [...] Docet hora septima matutina., Sommersemester 1660

Iohannes Eichel D. Pandectarum volumen quod ad lib. XLI deduxit, brevi absolvet, & id denuo inchoabit. [...] Docet publice hora VIIa matutina., Sommersemester 1661

[...] Libros digestorum ordine disputationibus publicis subjiciet, si sese obtulerint, qui respondendi munere fuugi velint., Sommersemester 1661

[...] Domi suae exercitium, quod multi petierunt, brevi exordietur., Sommersemester 1661

[...] Publica disputationum exercitia petentibus, operam suam non denegabit., Wintersemester 1661/1662

[...] Domi suae, Hugonis Grotii, summi viri, libros tres de jure belli & pacis explanabit, & ea occasione de fundamentis universi juris, tum civilis, tum Canonici differet. [...], Wintersemester 1661/1662

Iohannes Eichel D. Digestorum volumen, quod ad librum XLI. deduxit, brevi absolvet, & propterea in quolibet titulo utiliora seliget, & ea, qua hactenus usus est, methodo, interpretabitur. [...], Wintersemester 1661/1662

Joannes Eichel Pandect. P.P. ubi ultimam manum Digestorum volumini imposuit, quod aliquot dierum spatio, Deo volente, facturus est, Digestorum explicationem denuo aggredietur, & quidem succinctam, ut faltim vera fundamenta cujusvis materiae & Nobiliorum LL. usum ostendat, praemissa prius in gratiam Tyronum evidenti ratione connexionis. [...] Docet publice hora VII. matutina., Sommersemester 1662

[...] In exercitio utroque domi suae instituto perget, & si ea ad finem perduxerit, alia petentibus non denegabit., Sommersemester 1662

Iohannes Eichel D. Pand. Prof. in caepta delineatione universi juris perget, & ea absoluta, ad explicationem Digestorum denuo accedet: in quibus hunc ordinem observabit, ut omittat ea, quae (1) in Codice, Novellis & Constitutionibus Imperij correcta sunt (2) quae alias consuetudine antiquata a foro nostro recesserunt (3) & quae bis posita sunt; quae vero adhuc in judicijs nostris frequentantur, ea ex fundamentis, quibus incumbunt, breviter, quantum fieri potest, deducat, & auditores ad eos auctores, qui uberius materiam persecuti sunt, remittat; ut hac ratione vastum volumen intra justum temporis spatium absolvere possit. [...] Docet hora VII. matutina., Wintersemester 1662/1663

[...] Nec domi suae cessabit auditoribus suis inculcare ea quibus viri facti aliquando uti queant., Wintersemester 1662/1663

Iohannes Eichel D. in explicatione Digestorum, quae iterum inchoavit, perget; & selectas materias, quae in foro hodierno usum habent, interpretabitur, & quidem eo modo, quo coepit, ut, quantum fieri potest, prolixum volumen justo temporis spatio ad finem perducatur. [...] Docet hora VII matutina., Sommersemester 1663

[...] Non minus in auditorio domestico practico perget; & ad Digesta per breves disputationes, quibus cujusvis materiae fundamenta continebuntur, habebit., Sommersemester 1663

Iohannes Eichel D. in expositione Digestorum publice perget & dabit operam, ut quemadmodum πρῶτα & actionum realium materiam usque ad lib. XII. absolvit; ita hoc semestri usque ad materiam de sponsalibus ea deducat. [...] , Wintersemester 1663/1664

[...] Et quum hactenus Collegio practico domi suae finem imposuit, deinceps ipsa judicia instituet & adultiores studiosos ad forum instruet., Wintersemester 1663/1664

Iohannes Eichel D. in publicis Lectionibus Digestorum perget inchoando a materia de empt. venditione ex lib. XVIII. [...] Docet hora VIIma., Sommersemester 1664

[...] Privatim instituet collegium ad XXV. libros Pandectarum posteriores; omnes & singulas juris materias ad ipsos fontes seu prima principia revocabit, secretis insuper usu receptis & obsoletis. Utrumque vero ut spatio semestri absolvatur, operam dabit., Sommersemester 1664

[...] Disputabit de arrestis & aliis insignioribus materiis juris., Wintersemester 1664/1665

[...] Domi suae, examen, quod cum nonis instituturus est, continuabit, & Collegium Iuridicum, quod mox aperiet, non minori affiduitate urgebit. [...], Wintersemester 1664/1665

Joannes Eichel D. Pandect. P.P. cum maximam partem Digestorum, quantum quidem per valetudinem fieri licuit, jam tum absolverit, ea, quae sunt reliqua, ad finem perducet, & postea ea de novo inchoabit. [...] Docet hora VII. matutina., Wintersemester 1664/1665

[...] Disputabit quoque de insignioribus juris materiis., Sommersemester 1665

[...] quae domi suae coepit collegia continuabit. [...], Sommersemester 1665

Iohannes Eichel D. auspicabitur Lib. XXIII. Digestorum & [...] Docet hora VII matutina., Sommersemester 1665

Ioannes Eichel D. Pandect. Prof. Publ. in enarratione Digestorum & selecta earum Legum & materialium, quae adhuc hodie in foro obtinent publice perget, [...] Docet hora octava matutina., Wintersemester 1665/1666

[...] & domi suae collegium practicum forense continuabit, & vel Nemesin Carolinam, vel Institutiones simul explicabit., Wintersemester 1665/1666

Joannes Eichel D. Pandect. P.P. Digesta denuo publice interpretabitur, sed methodo succincta, quemadmodum jam tum coepit, ut si ulla ratione fieri possit, intra unius anni spatium ea absolvat. [...] Docet hora IIXa matutina., Sommersemester 1666

[...] Domi suae fundamenta juris porro inculcare, & quae hodie in foro obtinent, excerptare perget. Institutiones Imperiales etiam publicis disputationibus subjiciet., Sommersemester 1666

Iohannes Eichel D. Si per negocia Magistratus, quem jam gerit, licebit, pertextet discursus de differentiis rerum & modorum paciscendi & contranendi: ac postea Pandectarum expositionem brevem denuo auspicabitur, juxta illam methodum, quam jam tum coepit explicare. [...] Docet hora VIII. matutina., Wintersemester 1666/1667

[...] Continuabit etiam disputationes publicas & [...], Wintersemester 1666/1667

[...] Continuabit etiam disputationes [...] privatas., Wintersemester 1666/1667

Johannes Eichel D. Pandect. P. methodo Digestorum ad finem perducta, illa mox auspicabitur, & brevi temporis spatio, quantum fieri licebit, absolvet, omissis multivariis plerarumque & personarum & rerum & modorum paciscendi & contrahendi repetitionibus, quae in hoc opere ad nauseam usque occurrunt. [...] Docet hora VIII. matutina., Sommersemester 1667

[...] Disputationes ad Instituta publicas etiam absolvet, alias simul editurus, uti sese respondententes obtulerint., Sommersemester 1667

[...] Disputationes publicas ad textus Juris civilis continuabit, nec alijs, qui perculiaries materias Juris publice sibi proponendas sumere volent, deerit., Wintersemester 1667/1668

Joannes Eichel D. postquam delineationem juris universi praemisit, Digestorum volumen ea, qua methodo coepit, interpretari perget, & id ope dictae methodi intra temporis spatium non adeo longum ad finem perducet. [...] Docet hora octava matutina., Wintersemester 1667/1668

Ioannes Eichel D. postquam Beato suo Socero iusta fecerit, volumen Digestorum, cui necessariam προπαιδείαν hactenus praemisit, denuo auspicabitur, & quantum operis difficultas pariter & prolixitas patietur, id peculiari methodo, quam iam tum monstravit, intra iusti temporis spatium ad finem perducere conabitur. [...] Docet hora IIX. matutina. , Sommersemester 1668

[...] Non deerit interea petentibus & volentibus sese tum publice [...] sed promptum se ipsis ex hibebit, deque variis materiis iuris disputabit., Sommersemester 1668

[...] Non deerit interea petentibus & volentibus sese [...] tum privatim sed promptum se ipsis ex hibebit, deque variis materiis iuris disputabit., Sommersemester 1668

Ioannes Eichell D. in expositione Pandectarum, quas denuo inchoavit & secundum Methodum suam prorsus naturalem, perspicuam & brevem, sc. per universalia progrediendo, & sub illis singularia subsumendo, brevi temporis spatio ad lib. VI. deduxit, assidue perget, etiam diebus feriatis, uti hactenus fecit, quod paucitas Professorum juris, [quae proh dolor! jam quidem est; mox tamen A Serenissimis Principibus, majori discentium commodo, numerus illorum iterum supplebitur] assiduitate & multiplicatione lectionum publicarum, ex parte compensetur. [...], Wintersemester 1668/1669

[...] Subjiciet etiam libros Pandectarum ordine publicis disputationibus, periculum facturus, num auditores sui universalia illa ex veris & genuinis civilis philosophiae principiis deducta recte ceperint, & singulos textus cujuslibet tituli sub illis apte & ita subsumere norint, ut textuum illorum eo ipso causas & rationes simul intelligere, & hac ratione Iurisprudentiam non tanqua memoriae, sed iudicii rem tractare pergant. Disputabit etiam de variis materiis juris, si respondententes sese obtulerint., Wintersemester 1668/1669

Iohannes Eichel D. Pandectarum P.P. in explicatione Digestorum, continue perget & succincta methodo ea, quae hodie adhuc recepta sunt, seliget & auditoribus suis solide & perspicue tradet. [...] Docet hora VIII matutina., Sommersemester 1669

[...] Singulis quoque septimanis libros Digestorum ordine publicis disputationibus subjiciet, non denegaturus quoque aliis operam suam, qui illam exposcent., Sommersemester 1669

- [...] Nec privatim opera sua uti volentibus deerit., Wintersemester 1669/1670
- [...] Continuabit etiam publicum ad Pandectas institutum exercitium disputandi. [...], Wintersemester 1669/1670
- Joannes Eichel D. in Pandectis, uti coepit, perget; & quia eas usque ad librum xx. de pignoribus deduxit, illam materiam una cum insequentibus ea, qua hactenus usus est, methodo, absolvet. [...] Docet hora IIXa matutina., Wintersemester 1669/1670
- Joannes Eichel D. Pandectar. P.P. in Pandectis perget, & methodo clara & perspicua finem illis imponet. [...] Docet hora IIX matutina., Sommersemester 1670
- [...] Exercitium quoque publicarum disputationum ad Pandectas continuabit. [...] Non deerit etiam illis, qui de variis juris argumentis disputare volunt., Sommersemester 1670
- Johannes Eichell Pandectarum professor, Cum primum graves & molesti tum capitis, tum oculorum dolores remiserunt, ad lectiones publicas, a quibus ex consilio mediocrum per aliquod tempus abstinendum fuit, revertente pertexet. Non deerit etiam publice disputare volentibus. Docet hora IIX matutina., Wintersemester 1670/1671
- Ioannes Eichell D. Pandect. P.P. cum hactenus materiam de pignoribus & hypothecis una cum sequentibus usque ad pacta dotalia absolverit, ea methodo, qua caepit, perget, & reliquos insequentes Titulos & libros Pandectarum ex iis, quibus nituntur, fundamentis porro deducet, & quae in praxi hodierna obtinent, praecipue ostendet. [...] Docet hora IX. matutina., Sommersemester 1671
- [...] Non deerit disputare volentibus, quamcunque materiam elegerint., Sommersemester 1671
- [...] Non deerit disputare volentibus., Wintersemester 1671/1672
- Joannes Eichel D. Pandectarum P.P. Cum primum malum, quo cum hactenus colluctatus fuit, remiserit, remittet autem, ut sperat, brevi, lectiones Digestorum continuabit, praemissa lectionibus suis παλδεῖν in universum Juris ambitum, ratione annexa, qua possit arctari, & in pauco contrahi. [...] Docet hora IXna antemeridiana. , Wintersemester 1671/1672
- Johannes Eichell D. Pandect. P.P. quamprimum reliquiae pertinacissimi mali, quo cum per integrum annum fere colluctatus est, extinctae fuerint, ad explanationem Digestorum redibit, & materiam de Tutelis inchoabit, eam ita ex suis, quibus incumbit, genuinis principijs deducturus, ut semotis omnibus ambagibus illa & planissima & facillima non tantum reddatur, sed & usus ejus hodiernus in nostris judicijs solide ostendatur. [...] Docet hora IXa., Sommersemester 1672
- [...] Non deerit disputare volentibus de uno vel altero praeclaro argumento juris., Sommersemester 1672
- [...] Quae vero interpretatus est, publicis postea disquisitionibus subjicet. Nec deerit etiam de alijs juris capitibus disputare volentibus., Wintersemester 1672/1673
- Joannes Eichel D. Codicis P.P. postquam singulari Dei beneficio a desperato malo magna ex parte liberatus est, ad publicum docendi officium revertetur & Codicem Justinianum solita sua methodo, brevi illa, perspicua & solida, a Serenissimis Principibus ipsis in ultimo Visitationis recessu prudenter praescripta interpretabitur, dabitque operam, ut & durante Magistratu Academico, quem jam sustinet, partem ejus & ejus & si eo abierit, justo tempore totum absolvat. Praemittet vero ex principiis rectae rationis & civilis sapientiae solida fundamenta, ex quibus omnia, quae in hodierno foro adhuc obtinent, facili negotio deduci & simul processus forensis uti in collegio nostro inter nos convenit, demonstrari queat. Ita autem rem temperabit, ut & adultioribus & Tyronibus simul consulere queat. [...] Docet hora IX. matutina., Wintersemester 1672/1673
- Joannes Eichell D. Codicis Professor ordinarius, in Codice Interpretando, uti caepit, perget, eumque a libro ad librum & a Titulo ad Titulum breviter & solide explicabit. Publicabit etiam breve scriptum,

in quo in causas illas inquireret, ob quas multi praesertim vero Nobiliores a Studio Juris Civilis deterrentur, idque illis exosum redditur: & simul suppeditabit media, quibus illi malo mederi liceat. Nec deerit disputare volentibus & operam suam poscentibus. Docet hora IX., Sommersemester 1673

Johannes Eichell D. Codicis Professor ordinarius, in Codice interpretando uti caepit, perget, cumque a libro ad librum & a Titulo ad Titulum breviter & solide explicabit. Nec deerit disputare volentibus & operam suam poscentibus. Docet hora IX., Wintersemester 1673/1674

Joannes Eichel Codicis Professor ordinarius, in Codice Justiniano, si per valetudinem & alia impedimenta licebit, perget & libros, quos inchoavit, ordine interpretabitur. [...] Docet hora. IXa. matutina., Sommersemester 1674

[...] Non deerit, operam suam petentibus, tam publice quam privatim., Sommersemester 1674

Joannes Eichel / Codicis Profess. Ordin. si valetudo & impedimenta permiserunt, non intermitteret difficiliores Leges & casus publice interpretari & examinare, & in iis usum praxeos forensis ostendere. Operam suam petentibus non denegabit., Wintersemester 1674/1675

Joannes Eichell Senior Jctorum ordinis, Serenissimorum Principum gratia, a lectionibus publicis exemptus, non tantum Studiosis Juvenibus, sed & aliis operam suam poscentibus consilio & opera non deerit., Wintersemester 1675/1676

Johannes Eichell Senior Jctor Ordinis, Serenissimorum Principum gratia a lectionibus publicis exemptus, non tantum Studiosis juvenibus, sed & aliis, operam suam poscentibus, consilio & opera non deerit., Sommersemester 1676

Johannes Eichell Cod. P.P. & Ordin. Studiosae Juventuti opem & auxilium suum poscenti & operam & Consilio non deerit., Sommersemester 1677

Joannes Eichell. Codicis Professor Ordin. Tametsi a Serenissimis Academiae Nutritiis nostris a laboribus Academicis ordinariis exemptus sim; nihilominus tamen Studiosae juventuti opera & consilio, pro virili non deero., Wintersemester 1677/1678

Johannes Eichell Fac. Jurid. Senior & Cod. P. Ordin. studiosae Iuventuti operam & consilium ab ipso petenti non deerit; sed quantum in ipso erit, conatus ejus juvabit., Sommersemester 1678

Johannes Eichell Cod. Prof. Ordin. non intermitteret Studiosae Juventuti, sicubi poterit, & opera & consilio prodesse., Wintersemester 1678/1679

Joannes Eichel Senior Facultat. Jurid. postquam permissu Sermorum Principum a publicis exercitationibus vacationem impetravit, nihilominus Studiosae Juventuti opera, consilio & manuactione non deerit., Sommersemester 1679

Joannes Eichell Cod. P.P. Studiosae juventuti consilio & manuactione ad studia solide colenda non deerit, omnibus & singulis, qui consilio ejus volunt, libenter vacaturus., Wintersemester 1679/1680

Joannes Eichell/Facult. Senior & Cod. Prof. Iuventuti Academicae, quantum licuerit, consilio & opera non deerit., Sommersemester 1680

Johannes Eichell Jctus Ordinis Jctorum Senior, tametsi a Ser[enissi]mis Principibus exercitia Academica ipsi remissa sint; nihilominus Studiosam Juventutem opera & Consilio, quantum poterit, juvabit & rebus Academicis proderit., Wintersemester 1680/1681

Joannes Eichell Cod. Profess. Publicus & Ordin. tametsi a Ser[enissi]mis Academiae hujus Nutritiis immunitas ab Academiae Juventuti petenti, Consilio, Opera & manuactione non deerit., Sommersemester 1681

Joannes Eichel Cod. Professor, licet ipsi exercitia Academica a Serenissimis Principibus remissa sint, nihilominus tamen opera & Consilio Studiosae Juventuti, praesertim vero veteranis Studiosis,

operam suam desiderantibus prodesse non intermittet., Wintersemester 1681/1682

Joannes Eichell Codic. P. P. Tametsi a Serenissimis Celsissimisque Principibus Exercitia Academica clementissime mihi remissa sunt; nihilominus & adultioribus & Tyronibus consilio & opera ad studia feliciter dextreque & instituenda & continuanda non deero., Sommersemester 1682

Joannes Eichell Cod. Prof. Public. Ordin. tametsi Sermorum Principum indultu, a publicis Lectionum & disputationum Exercitiis & aliis, praeterque Facultatis Juridicae, Negotiis Academiae immunis fini redditus; nihilominus studiosis quibuscunque volentibus mea opera Consilio, & manuactione ad solidam eruditionem, raram hujus seculi dotem, non deero., Wintersemester 1682/1683

Joannes Eichell Cod. Profess. Ordin. licet Serenissimorum Principium beneficio ipsi ab ordinariis exercitiis Academicis vacare clementissime concessum sit, nihilominus nemini ex studiosa juventute, qui modo velit, consilio, opera, & compendiosa methodo ac studia vel inchoanda, vel continuanda deerit. Qui etiam hoc semestri Tractatum von Schuld- und Credit Wesen a Beato Doctore Hahnio Socero suo inchoatum, ab ipso vero ad finem perductum in publicum edet, ut, nisi operare Typographiae remorentur, proximis Nundinis Lipsiensibus in lucem prodire queat., Sommersemester 1683

Joannes Eichell Cod. Profess. Ordin. licet Serenissimorum Principum beneficio ipsi ab ordinariis exercitiis Academicis vacare clementissime concessum sit, nihilominus nemini ex studiosa juventute, qui modo velit, consilio, opera & compendiosa methodo ad studia vel inchoanda, vel continuanda deerit., Wintersemester 1683/1684

Joannes Eichell Cod. Prof. Commentarium suum Regulas Juris denuo edet, & Juventuti Academicae, praesertim adultioribus studio, opera & Consilio non deerit., Sommersemester 1684

Joannes Eichell Senior Facult. Juridicae tametsi ab ordinariis lectionum publicarum laboribus vacationem impetraverit, nihilominus studiosae Juventuti opera & consilio, praesertim adultioribus opem ejus flagitantibus, quantum fieri potest, inserviet., Wintersemester 1684/1685

Joannes Eichell Cod. P. P. Juventuti Studiosae consilio & opera, quantum poterit, inserviet, & si per Typographum fieri poterit, Observata Practica in Paratitla Wesenbecii, Beati Dn. Hahnii recudi curabit., Sommersemester 1685

Joannes Eichell Cod. Prof. Ordin. Studiosae Juventuti Opera & Consilio, qua ratione studia rite instituere debeat, o tempore deerit., Wintersemester 1685/1686

Joannes Eichell Cod. P. P. Ordin. Studiosis tum veteranis, tum tyronibus, quotquot ipsum consulere velint, Consilio & opera non deerit., Sommersemester 1686

Joannes Eichell Cod. Prof. Ordine Studiosae Juventuti Opera & Consilio non deerit., Wintersemester 1686/1687

Joannes Eichell Cod. Prof. P. Ordin. non intermittet Studiosae Juventuti opera & Consilio adesse, quandocunque id expetitur fuerit., Sommersemester 1687

Joannes Eichell Cod. Prof. P. Ordin. Studiosae Juventuti, licet labores Academici ipsi sint remissi, nihilominus consilio & opera, quantum fieri licebit, prodesse non cessabit., Wintersemester 1687/1688

Joannes Eichel Cod. Prof. P. Ordinarius, remisso licet a Serenissimis Principibus, Dominis nostris clementissimis exercitorum Academicorum labore, nihilominus Studiosae Juventuti consilio & opera prodesse, nec non Consulentibus de Jure respondere non cessabit., Sommersemester 1688

### Dissertationen (8)

De Principiis Actionum Humanarum Disputatio Moralis, 31.08.1657. VD17 14:026392E

De Fundamentis Peripateticorum Quibus Aristoteles Doctrinam De Moribus Superstruxit, Nec Non

Stoicorum Et Aliorum Recentiorum Inter Se Collatis Disputatio Moralis, 02.05.1657. VD17 14:026386D

De Heroibus Eorumque Virtute Exercitatio Moralis, 16.05.1655. VD17 39:118359Q

De Republica Mixta Disputatio Politica Prior, 09.12.1654. VD17 39:118362T

Continens breves quasdam positiones De Moraliū Virtutum Natura In Genere Quas de Moribus Aristoteles ad Nicomachum scriptis potissimum excerpſit Disputatio Ethica, 20.03.1652. VD17 23:238577G

De Fvndamentis Peripateticorvm Qvibus Aristoteles Doctrinam De Moribus Superstruxit, Nec Non Stoicorvm Et Aliorvm Recentiorum Inter Se Collatis Disputatio Moralis, 02.05.1657

De Humanarum Actionum Libertate Exercitatio Philosophica, 27.10.1652. VD17 23:238568H

De iustitia et iure, 31.05.1655. VD17 1:012416T

### **Beteiligung an Dissertationen (1)**

Respondent in: Scheurl Heinrich Julius (Präses): De Prudentia, Praecipue Iudiciaria Disputatio Philosophica, 12.04.1645. VD17 23:238372H

### **Reden und Programme (4)**

Johann Eichel Edler von Rautenkron: Programma Festo Pentecostes In Academia Iulia. VD17 23:246300S

Johann Eichel Edler von Rautenkron: Programma Festo Resurrectionis Domini Nostri In Academia Iulia. VD17 23:232533Z

Johann Eichel Edler von Rautenkron: Programma In Funere Lectiſſimae Puellulae Annae Margarethae Viri Perquam Reverendi & Excellentissimi Dn. Gerhardi Titii, S. Theol. D. & P.P. Filiolae XIX. Mens. Martii pie denatae, 19.03.1660. VD17 23:263469Y

Johann Eichel Edler von Rautenkron: Programma In Funere Praestantis Iuvenis Henrici Georgii Wendeborns Osterodensis LL., dum viveret, Studiosi P.P. VD17 23:262737A

### **Beteiligung an Reden und Programmen (1)**

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma Memoriae Viri Illustris Et Excellentissimi, Dni. Joannis Eichelii, Nobilis De Rautenkron ..., 26.08.1688. VD17 23:259319H

### **Rechenschaftsberichte**

Zeitraum 24.12.1652–28.02.1653

Text Ioannes Eichel Moralis Professor peractis Nativitatis feriis publicas lectiones in Mense Martium distulit; partim permissu Dominorum dominorum Visitorum, qui hoc anno, quo stipendio caret, eum non aequaliter, cum aliis Dominis dominis Collegiis suisque ad eas tradendas pronunciabant; partim, quod nulla vacaret hora, qua ea, quae exorsus erat, collegia privata, tam disputando, qui legendo, ad finem perducere poterat. His vero, mensibus Januario & Februario, absolutis, sub initium Martis doctrinam de Iustitia & Iure auspiciatus est, eamque ad caput IX Aristotelis libri V Ethicae perduxit / Privatim disputatorio Collegio Ethico finem imposuit, excepta disputatione ultima / Helmstadii die 11 Aprilis Anno MDCLIII

Quelle 37 Alt 204, H.1, 103

Zeitraum	01.04.1653
Text	Sub initium Mensis Aprilis auspicatus sum librum V. Eth. Nicom. eumque satis difficilem & prolixum intra spatium VIII septimanarum ad finem perduxi / Et cum secundum ductum Philosophi de principiis Iuris naturae gentium & positivi; nec non fundamentis legum interpretationis aequitate item & Numi seu monere natura, valore & mutatione paulo fusius agere constitueram, diebus Mercurii & Sabbathi, qui alias a lectionibus publicis vacant, binas horas, antemeridianam alteram & pomeridianam, ut & partem feriarum dictae doctrinae impendi / Ioannes Eichel Professor Moralis
Quelle	37 Alt 204, H.1, 142
Zeitraum	30.09.1654–30.11.1654
Text	A mense Octobri ad decembrem extremam doctrinam de Sapientia, Scientia, Prudentia, Aequitate, fundamentis item praecipuis leger interpretandi [?], habita etiam principiorum; post de Heroica virtute eique opposito vitio / semivirtutibus & semivitiis / eorumque a veris virtutibus & vitiis discrepantia / & deinde de Amicitiae necessitate, utilitate & variis eius speciebus usque ad capitulum IX. libri IIX absolvi / subinde monstratis fundamentis, ex quibus leges civiles promanarint / Nullam praetermisse horam / sed ut id quod superiori trimestri ob iter susceptum praetermittere cogebam, resarcirem, horas Mercurii & Sabbathi dierum simul assumpsi, quando a publicis disputationibus vacaverunt / Helmstadii die XIV Ianuarii Anno MDCLIV / Ioannes Eichel / M. Professor Publicus
Quelle	37 Alt 204, H.1, 28; 29 Duplette
Zeitraum	09.01.1655–20.07.1656
Text	Mense Ianuario Anno MDCLV et quidem die eius IX Regulas Iuris publice interpretandas inchoavi, easque explicavi diebus saltim Mercurii et Sabbathi, quum aliis diebus hora non vacaret / Domi meae Exercitium Disputatorium ad Instituta continuavi / Mense martio Lectionem addidi, idque ad id temporis, quo ad Acidulas profectus sum deduxi, ut et Explicationem Regularum iuris / Die XXIII Iulii ad Acidulas Vildungenses impetrata prius a Directorio venia profectus sum, / et sub finem Augusti redii / Et tempus postea quod insequatur, illis rebus, quarum in altera schedula Philosophicae Facultatis mentionem feci, impendere coactus sum / Post illa solennia, quae in Regulis Iuris erant reliqua absolvi / Peractis Natalitiis feriis die IX Ianuarii Anno MDCLVI aperui Collegium Pandectarum, in quo singularium Legum textum ex primis quibus incumbunt, principiis explico, et quoniam plerique veterani sunt studiosi, qui intersunt, ipsorum rogatu de die continuo sextam et septimanam matutinas, interdum / [v] / et alias horas pomeridianas simul impendo / perveni usque ad Librum XXVI / Mense Februario publice disputavi de variis ex Iure excerptis, et quidem gratuito postea vero plures eiusmodi Respondentes, qui unicam saltim plagulam disputationi subiicere vellent, nancisci non potui / Mense Martio de Vindicta Privata / Aprili de Syndico; Eodem de Praesumptionibus / Iunio de Probationibus disputavi / Quum a vivente Beati Domini Mehlbomio, mihi Quinto Professori Iuris, nulla per diem horam Novellis explicandis reliqua erat, qua non vel Iuris Consultus vel Philosophus, qui cum Icto concurrere non potest, legeret, nisi septima, qua Hebraeus, et quinta, qua Lector Gallicae Linguae utitur, qua tamen ad Martium usque

Quelle	tenebris oppletae sunt, ideo Novellarum publicam Lectionem praeter voluntatem in mensem Maium reiicere coactus sum: ubi primo de origine Novellarum, earum autoritate, modo obligandi, aliisque Iuris Libris derogandi ordine et Characterere sermonis, nec non qua Methodo doceri vel tractari, queant, de illarum [9r], versionibus et Editionibus prolixè egi / Post Selectiores explicare constitui, et primo explicandas sumpsi Novellam IX, Novellam CXI, Novellam CXIX, Novellam CXXX ubi late ex Iure Naturae, Gentium, divino et Civili de fundamentis Praescriptionis et Usucapionis egi / Die XX Iulii petentibus studiosis Collegium institutionum Lectorium aperui, quod ad Libri Secundi Titulum III deduxi. Sub praesidio [?] Disputatio de Iure Emigrationis et Detractionis pro... [?] / Ioannes Eichel Novellarum Professor Publicus 37 Alt 204, H.1, S. 8-9
Zeitraum	31.03.1656–30.06.1656
Text	Ioannes Eichel Doctor et Pandectarum Professor docet hora VIIima matutina / Mense Aprili / Propter ductum et obitum beatae sacras conceptum in publicum praedire de more hic recepto prohibiti sum ad eoque lectiones iuridicas inchoare non licuit / Mense Maio / Ipsi huius Mensis Kalendis lectiones Pandectarum auspicatus sum hora VII matutina et de origine Iuris illa [?] hora disserui / IV. Perrexi et Inst. Iustinianae dixi / V. de Eiusque Computatoribus et Libris / die VII de variis Editionibus librorum Iuris et potissimum Florentina, eiusque auctoritate. / IIX de Conditione eius iuris post obitum Iustiniani / Tota hebdomade post Festum Pentecostes precedente de varia huius Iuris fortuna, oppressione et propagatione sub sequentibus Imperatoribus egi et quomodo / [v] / tandem usus eius non tantum in Germania, sed plerisque fere Europae provinciis & Regnis invaluerit / Idem continuavi sequentis septimanae XXI et XXII. etiam alias feriatis diebus et connexionem Titulorum Pandectarum in gratiam Tyronum [...] sum / XXV. Profectus sum ad Iudicium aulicum Guelpherbytanum / Mense Iunio / Huius Mensis dies XIV. priores occupavit auctio librorum / XV [...] ordinem absolvi. / XXIII. usque ad librum XXXVII. / XXV. usque ad Librum XLI / XXVI usque ad Librum XLV / XXIX et XXX accessitus Guelpherbytum in causa Serenissimis Principibus nota. / Disputavit publice de Interdictis ad Librum XLIII. Digestorum / Item De Testibus / Et Collegium Pandectarum privatum ad finem perduxit
Quelle	37 Alt 2489, 42
Zeitraum	31.03.1656–30.06.1656
Text	Ioannes Eichel Professor Moraliu docet hora Nona / Mense Aprili / Propter ductum et obitum beatae sacras conceptum in publicum prodire de more hic recepto prohibitus sum et propterea in publicis lectionibus pergere non licuit / Mense Maio / Ipsi huius Mensis Calendis, quae in diem Veneris incidebant, lectiones Ethicas auspicatus sum, & Capita quae in Libro VI. reliquae erant ordine ad finem perduxit / IV huius Mensis die perrexi & Libro VI finem imposui / V. Auspicatus sum Librum VII. Eth. & Caput I absolvi / VII Festum ascensionis occupavit / VIII perrexi & 2dum absolvi / Cunctis hebdomade Festum Pentecostes praecedente a publicis lectionibus feriemur: / Ego tamen integram una cum Mercurii & Sabbathi diebus publicis diatribis impendi & capita quinque ad finem perduxit usque ad / [v] / VIIitimum inclusive ut ea,

Quelle	<p>quae mense Aprili fuerant praeter missa aliqua ex parte resarcirem / Idem feci die sequentis septimanae XXI &amp; XXII. etiam alias feriatis diebus &amp; caput IIX &amp; IX interpretatus sum. / XXV profectus sum ad Iudicium aulicum Guelpherbyterum / Mense Iunio / Huius Mensis dies XIV priores occupavit Auctio librorum / XV ad lectiones redii &amp; caput X una cum XI explicavi / XVI caput XII Interpretatus sum / XVIII. caput XIII / XIX caput XIV fere ad finem perduxit / XXII Quae reliqua erant in capite XIV. absolvi &amp; finem imposui libro VII / XXIII. Auspicatus sum Librum VIII. Ethicorum &amp; caput I interpretatus sum / XXV caput II / XXVI caput III / XXIX &amp; XXX accessitus sum Guelpherbytum in causa Serenissimis Principibus nota / Disputavit de Fundamentis Virtutis</p> <p>37 Alt 2489, 43</p>
Zeitraum	30.09.1656
Text	<p>A Mense Octobri Anno MDCLVI / Tametsi secundum Recessum, uti appellatur, hactenus quidem Morali Philosophiae tantum ἔργω incumbere iussus sim, nihilominus tamen unam et alteram Novellam explicavi / Et de Pignoribus, de Rei vindicatione nec non Beneficio Competentiae publice disputavi. / In Collegio Digestorum et Institutionum domi mea perrexi &amp; utrumque fere ad finem perduxit / Ioannes Eichel</p>
Quelle	37 Alt 2489, 45
Zeitraum	04.10.1656–19.12.1656
Text	<p>October / Quinta Octobris ad Nuptias Quedlinburgum profectus sum &amp; inde propter negotia nonnulla XII demum redii / XVI die Iovis iterum Morales lectiones auspicatus sum et ad caput V egi de Iustitia particulari in genere / XVII die Veneris adhuc de eadem materia / XX die Luna de differentia inter Iustitiam universalem &amp; particularem / XXI Die Martis An huius distinctio etiam alibi, quam in libri Aristotelis inveniatur, an in sacra scriptura et iure civili eius sit usus et quis? / XXIII. die Iovis capite VI interpretatus sum et de natura Proportionis agere caepi / XXIV. Die Veneris de speciebus Proportionis egi, et quare Aristoteles illis utatur in doctrina de Iustitia / XXVII Die Luna ad caput VII perrexi, atque interpretari capi / XXVIII. Die Martis de altera Iustitiae specie egi quam Aristoteles διορθωτικὴν appellat. / XXX Die Iovis Catharius tantum mihi raucedinem excitavit, ut ne verbum quidem proloqui potuerim / November / Duravit raucedo quae me XXIX prioris Mensis invasit usque ad XXII Novembris / XXIV Guelpherbytum profectus sum. / [v] / XXVI Redii et / XXVII die Iovis in capite VII perrexi &amp; de Errectiones [?] συναλλαγιάτων ἀεκουσίω egi / XXVIII. de eadem egi &amp; quantum haec fundamenta usum habeant in Iure Civili, prolixè ostendi / Praeterea domi mea Exercitium morale examinatorium continuavi / A Mense Decembri / Primo Xbri ad caput VIII progressus de Talionis Pythagorica natura egi &amp; quomodo ea in parnis [?] locum habere [...] / II Xbri adhuc de ea / IV eiusdem De Natura Iustitia commutat / V. De Eadem / VIII De inventione &amp; origine Nummi / IX De eius usu &amp; abregatione / XI De indigentia / XII De modo investigandi pretia rerum / XV De Iure Civili ex Eodem capite / XVI De Iure Naturae ex eodem / XVIII Gradualis fuit habita in Facultate Iuridica / XIX ob impedimentum domesticum non legi / Reliquos dies Feriae occuparunt / Ioannes Eichel Professor Publicus Moralium</p>
Quelle	37 Alt 2489, 44

Zeitraum	31.12.1656–31.12.1656
Text	A Kalendis Ianuarii Anni MDCLVII Collegium Institutionum ad Finem; Collegium verò Digestorum ad librorum XLIIX perduxit et publicè de Pactis disputavit, nec non de Remissionibus Paenarum a Beneficio competenti. Unam atque alteram Novellam quoque interpretatus est. Ioannes Eichel doctor, Moralia Professor publicus
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 20
Zeitraum	12.01.1657–23.03.1657
Text	Ioannes Eichel Moralia Professor publicus / Mense Januari / Feriis Nativitatis peractis die XII. publicè in Ethicis perrexi et ad caput X. liber V. Ethice egi de Iure Civili et Positivo. / XIII. Egi de eadem materia. / XV De speciebus Laesionum. / XVI De iis actionibus, quae vere hominem reddunt iniustum ad Caput XI. / XIX Profectus sum ad Iudicium Aulicum Guelpherbytanum et die XXV redii. / XXVI et XXVII Funus pie defuncti Mohrmanni curavi. / XXIX Ad caput XII perrexi. / XXX Caput XIII Explicavi. / Mense Februario / II. Huius Mensis diem occupavit Festum Purificationis Mariae. / III. Perrexi in caput XIV et egi de aequitate / [v]/ V. Ex caput XIV Egi de Fundamentatis Interpretationis Legum. / VI. Propter consistorium Publicum pergere non potui / IX et X Ferae fuerunt. / XII Ad Caput Penultimum perrexi. / XIII Ultimam explicavi. / XVI Perrexi ad librum VI Ethice et Eius connexionem cum Libri antecedentibus Explicavi, de prioribus repetivi. / XVII Caput I liber VI Explicavi. / XIX Caput II interpretatus sum. / XXIII. Caput IV Explicavi. / XXIV Gradualis Disputatio fuit habita in Facultate Iuridica. / XXVI. Ad Caput V. perrexi, et ibi de natura Prudentiae Late egi / XXVII De eadem materia dixi ad idem Caput. / [22r] / Mense Martio / II Ad Caput VI perrexi. / III Caput VII explicavi. / V Ad idem caput de sapientia egi. / VI Ad caput VIII perrexi et de ambitu Prudentiae dixi. / IX De eadem egi ad caput IIX et eius speciebus. / X Ad caput IX perrexi. / XII Ad caput X. / XIII Ad XI De tribus habitibus prudentiae subordinatis egi. / XVI et XVIII Nundinae fuerunt. / XIX Caput XII interpretatus sum. / XX De usi horum Praeceptorum egi. / XXIII Usque ad finem Mensis feriae fuerunt.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 21 f.
Zeitraum	20.04.1658–21.05.1658
Text	Mense Aprili Anni MDCLVIII / XX Huius redii ad lectiones Ethicas, & quae in opere Ethico reliqua erant, absolvi & lectiones illos continuavi usque ad XXI Maii. / Ioannes Eichel professor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 30
Zeitraum	30.09.1658–30.11.1658
Text	Ioannes Eichel doctor Professor Pandectarum Publicus / Mense Octobri Anni MDCLIX / Hunc mensem ex clementissimo permisso Magnificentissimi directorii itineri, quod ad thermas Valetudine eadem suscipere coactus est, impendit / Mense Novembri / Cum secundo huius mensis die rediisset, finita auctione librorum, ad lectiones publicas reversus est, easque continuavit ad tertium decembris diem, pervenitque ad doctrinam de hereditatis petitione, quae continetur in libro V. strum [?] nullamque horam, praeter quas auctio

- eripuit, omisit, additis Mercuri & Sabbathi diebus, quibus hic [?] publicas lectiones habuit / Mense Decembri / Quinto huius mensis die ex indultu Magnificentissimi directorii ad conventum Luneburgi indictum profectus est.
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 31
- Zeitraum 07.01.1659–22.03.1659
- Text Ioannes Eichel Pandectorum Professor Publicus / Mense Ianuario / Anni MDCLIX / VIImo huius auspicatus sum libro VII digestorum de Rei Vindicatione & quoniam auditores me rogabant, ut plures horas quae consultus impendere non gravares [?] plerisque diebus in gratiam auditorum binas lectiones publicas habui, unam hora septima matutina, / alteram V. hora Va pomeridiana: quis etiam addidi dies Mercurii & Sabbathi, ut eo celerius in Vasto opere progredi liceret. Absolvi vero hoc mense libro VI & VII digestorum, XXIV huius profectus sum ad iudicium aulicum Guelpherbytanum / Mense Februario / Ipsi huius mensis Kalendis inchoavi libro IIX. digestorum & ea assiduitate, qua in priori mense usus eram, perrexi & libros IIX, IX, X, XII integros, in XII vero Titulos priores III absolvi & in IV. de Conditione, causa data causa non secuta, substi / [v] / Mense Martio / Ipsi Kalendis in Titulos IV libri XII Digestorum de conditione causa data, causa non secuta, eadem ratione perrexi & binis horis de die impensis totam praedictionum materiam, quae se in libro XIII extendit, una cum libro XIII, XIV, & XV absolvi, & in libri XVII. Titulo ad Senatam Velleianam substi / XXI. huius ad Iudicium aulicum Guelpherbytanum profectus sum / Reliquum tempus huius mensis sancta septimana Festum Paschatos occupavit.
- Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 35; 125
- Zeitraum 07.04.1659–08.06.1659
- Text Ioannes Eichel Doctor Pandectorum Professor Publicus / Mense Aprili / VII huius perrexi in explicando Senato Velleiano, & singulis diebus binas horas impendendo per hunc mensem integram de compensationibus, Mandati & depositi materiam absolvi / Mense Maio / II huius ea quae in extra depositi reliqua erant, adieci & postea iterum binis horis plerumque die impensis Titulum pro socio, de contrahenda Emptatione Venditione de in diem additione, de lege Commissoria, de hereditate vel actione vendita, de Rescindenda Venditione hisce interpretatus sum & substi in Titulo de periculo & commodo Rei Venditae / Mense Iunio / IIX. huius ex clementissimo indultu Magnificentissimi domini Directoris Lauenburgum profectus sum / Anno MDCLIX
- Quelle 37 Alt 2492, fol.36
- Zeitraum 09.07.1659–09.09.1659
- Text Ioannes Eichel Doctor Pandectorum Professor Publicus / Mense Iulio / Anni MDCLIX / Nono huius redii & quoniam XI & XII propter nundinas pergere non licuit, XIV lectiones iterum sum auspicatus & Titulum de Periculo & Commodo Rei Vendit. absolvi: postea Titulum De actionibus empti venditi / Item Locati Conducti ad finem perduxi, singulis diebus binis lectionibus habitis / Mense Augusto / Ipsi Kalendis Guelpherbytanum ad Iudicium aulicum profectus sum & / VI eiusdem mensis redii / IIX eiusdem Titulum de Aestimatoria inchoavi & /

ad XXIX diem usque, Titulum de Rerum permutatione praescriptionis pignoribus, in quibus causis pignus vel hypotheca / [V] / tacito contrahitur / Quae res pignori vel hypothecae datae obligari non possunt. / Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur. Item de distractione pignor. & hypoth. absolvi, iterum plerisque etiam Mercurii & Sabbathi diebus, binis lectionibus habitis / XXX huius mensis & sequentis dies proximos conductum nuptiale domini doctoris Glaeseri in aedibus meis habitum occupavit / Mense Septembri / Vto huius mensis auspicatus sum Titulo Quibus mod. pign. vel hypoth. solvitur. / VI huius nuptiis domini doctoris Pauli interfui. / IX Progressus sum ad Titulum de Aedilitio Edicto / & sequentibus huius mensis diebus materiam adieci de Evictionibus, Exceptione Rei Vend. & Tra / [38r] ditae / Item de usuris, fructibus, causis & omnibus accessionibus, quam ex Iure Naturae, domino & Canonico lege examinavi & hac absoluta de faenore Nautico & per hanc occasionem de pactu Assecurationis egi & simul doctrinam de Testibus auspicatus sum, in qua substiti. Nullam horam praetermisi; sed potius Mercurii & Sabbathi diebus publicas lectiones habui, interdum etiam, si licuit, binas.

Quelle 37 Alt 2492, fol.37-38

Zeitraum 29.10.1659–22.12.1659

Text Ioannes Eichel Pandectorum Professor Publicus / Mense Octobri / Anni MDCLIX / II huius mensis perrexi in materia de Testibus & / eam VII huius absolvi / X, XII & XIV egi de Iuris & Facti Ignorantia / XVII, XVIII, XIX de sponsalibus egi / XX, XXI & XXII. de Ritu Nuptiarum / XXVII, XXIX, XXIX. de pactis dotalibus / Mense Novembri / I et II huius adhuc egi de pactis dotalibus / III & IV de fundo dotali / VII, IIX, IX de donatione inter virum et uxorem / XI de divortiis / [40] / XII & XIV soluto matrimonio quomodo dos repetatur / XV Ex concessione Magnificentissimi Con-Directoris iter suscepi & redii XXX Eiusdem / Mense Decembri / II huius auspicatus sum Titulum de Impensis in res dotales factis / V Nata est mihi filiola Tertio genita, & ideo aliquot diebus a lectionibus publicis abstinui / XII iterum egi de illis Impensis / XIII & XIV de actione rerum amotarum / XV, XVI, XIX de agnoscendis & alend. liberis / XX, XXI reliqua huius libri absolvi / Docet hora septima matutina.

Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 39-40; 156

Zeitraum 29.02.1660–31.05.1660

Text Ioannes Eichel Academiae Iuliae pro tempore ViceRector / Quum per continuas Academici Magistratus occupationes lectionibus publicis vacare haut licuerit, nihilominus tamen hora V & VI matutina privatim in aedibus meis opus Nicomachicum Aristotelis de moribus explicavi & de alienationibus rerum disputavi

Quelle 37 Alt 2493, fol.40

Zeitraum 30.06.1660–31.08.1660

Text Iohannes Eichel Pandect. P.P. Mense Iulio, Augusto et Septembri / Postquam Magistratum Academicum deposui, die XVI Iulii ad lectiones publicas reversus sum & materiam de Tutelis inchoavi, eamque per tres has menses, una cum Tit. prioribus tribus, de materia Testamentaria explicavi / Nullam horam

	praetermisi / praeterquam quas et iudicium aulicum et conventus Brunsvicensis, una cum nundinis et solennibus Doctoralibus eripuerunt / Addidi per hoc trimestre etiam horas dierum Saturni et Mercurii / Et domi mea exercitium Nicomachicum una cum Collegio Connexionis Titulorum universi Iuris absolvi / Doceo hora septima matutina
Quelle	37 Alt 2493, fol.41
Zeitraum	30.09.1660–31.10.1660
Text	Ioannes Eichel Pandect. P.P. Mense Octobri Anni MDCLX / Die XI huius aggressus sum materiam Tit. V. lib. XXVIII de Heredit. Iustit. & occasione huius plura Ritorum solennium & minus solennium cum singulorum requisitis explicavi per integrum mensem, nulla hora praetermissa / Mense Novembri / Ipsis huius Calendis doctrinam de Substitutione secundum ductum Tit. VI de vulgar. & pupill. substit. inchoavi, earumque per VI. horas tradidi / Die XII huius ex permissu Magnificentissimi domini directoris in Bohemiam profectus sum & ultimo Decembris Kldis. / Domi mea lectiones, quibus fundamenta universi iuris monstro, sese [?] ad finem perduxi / Doceo alias hora VIIma matutina iam vero propter tenebras prima pomeridiana.
Quelle	37 Alt 2493, fol.42

### Zitierhinweis

Prof. Johann Eichel Edler von Rautenkron. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-57-eichel%20edler%20von%20rautenkron> [06.07.2026]